Fragmentarium

Vba uocatiua s. v. s. uocor dicor nominor nuncupor et appellor
reliqua sunt accidentalia. Verba substantiua ut sum et existo et uerba
uocatiua ut uocor dicor et est (per)tinentia ad existentiam ut sto
et sedeo et (per)tinentia ad ire ut incedo et pergo et (per)tinentia
ad apparentiam uideo et appareo et similia. fio et forem copulant
post se nominatiuum. Et non solum hec que dicuntur habent uim istius
para et tota est declinatio similis. Gerundia et participia et supina
Infinitiua tamen superdictorum uerborum copulant post se accusatiuum.
si antecedat accusatiuus et talis casus debet sequi supradicta
infinitiua quales precedunt ut miseror hominis uolentis esse boni
clerici. parco homini uolenti esse bono. uideo homines uolentes
esse bonum loquor de homine uolenti esse bono. Si uero
antecedat nominatiuus nominatiuus debet sequi. ut homo uolens esse episcopus
uenit huc. Similem modum habent participia supradictorum uerborum ut hec res est hominis entis boni. parco
homini enti ~~boni~~ bono. uideo homines entes bonum. loquor
de homine ente bono. homo ens bonus uenit huc.
Verba uocatiua copulant post se tantum propria nomina et etiam
appellatiua cum sit sermo de ~~mari~~ marie ut iste uocatur sor
uel huius res uocatur homo. et alii inueniantur dicatur quod uerbum
substantiuum ipsum accipitur uel ponitur ut ipse uocor tuus
patronus. i. reputor. Et non quod nisi nominatiuus quando
de propria nominatione alicuius. ut iste quis uocatur. iste quomodo
nomine uocatur. iste quod non habet et quod est nomine isti
Verborum accidentalium. aliud absolutum aliud transitiuum
Absolutum uerbum est illud quod non indiget aliquo casu
obliquo ad perfectionem sui sensus ut uiuo spiro
Tamen uerbum absolutum potest regere accusatiuum per figuram que dicitur
sinodoche ut doleo caput. et est uerbum transitiuum
sub intellectum. ut coridon ardebat alexim. et

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_017_6R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4869)